

Dominica tertia Aduentus

sicut deus nō potest esse testis mēdacij nec actor iniquitatis. Lex autē immūda et maculata nō est a deo. idō nō excusantur recipientes doctrinam Machometi. In lege etiam Moyse essent multe stulticie iudicio philosophorū. sed capiunt a nobis figuratiue. Sed in lege christiana nō sunt ibi nisi virtutes et sanctitates. ideo aplūs. Scio cui credidi et certus sum. ij. ad Timoth. j. Partz ergo certissima pbatio fidei christiane. Ecce deo gratias.

Sermo quintus.

Existis videre hominē mollibus vestitum. **M**atth. xj. Scdm̄ diūsos intellectus huius vbi propositi oportet modo p̄dicare de diuersis materijs tam speculatiuis q̄ moralib⁹. Sed p̄mo salutē virgo maria rē. Et declaref̄ thema l̄raliter. Deinde h̄ verbū est declarandū tripliciter s̄m tres intellectus mysticos siue sp̄iales.

Primo allegorice seu figuratiue.

Secundo tropologice seu moraliter

Tertio anagogice seu sup̄naturaliter

Et tunc thema nō est interrogatio sed est ibi verus. Existis videre hominē mollibus vestitum. Q̄tum ad primū allegoria grece dicit̄ ab allegō id est. alienū vel extraneum et locutio id ē aliena siue extranea locutio. quādo factū vel dictuz de vno exponit̄ de alio. sicut quādo ista verba. Et istis videre rē. que fuerunt dicta de beato iohāne baptista exponunt̄ d̄ christo s̄m illa q̄ de christo debemus credere. Cum igit̄ dicit̄. Existis videre ho. rē. id est. christū mollibus vestitū. loquit̄ p̄sonis penitentib⁹. Pro quo sciendū q̄ sicut sunt duo aduentus christi p̄ncipales. p̄mus de incarnatione humanali. secund⁹ de retributiōe iudiciali. p̄mus est iam p̄teritus. scd̄s est futurus. sic inuenio q̄ christus est indut⁹ diuersis vestib⁹ quia s̄m p̄mū aduentum est indutus mollibus vestibus. s. misericordie et pietatis siue benignitatis et nō asperitatis s̄m q̄ fuit ostensum beato iohāni euangeliste in quadam contemplatiōe in qua audiuit vocem de celo dicentem sibi. Leua oculos tuos et vide. Et visa visione ip̄am scripsit di. Vidi septem candelabra aurea et in medio septē candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere et p̄cinctum ad mamillas zona aurea. Apocal. j. Nota q̄ illa septē candelabra aurea sunt septem status christianorum in quibus consistit tota virtus et p̄fectio christianorum vel christianitatis. Dicunt̄ aurea p̄pter fidem et charitatem quam debent habere. Primus status est dñorū temporalium. scz impatorum regum rē. et in isto candelabro debet ardere lucerna iusticie scz ministrare iusticiam omnibus generaliter tam magnis q̄ p̄uis. tam diuitibus q̄ paupibus taz priuatis q̄ extraneis tam amicis q̄ inimicis rē.

Secūdus est p̄latorum ecclesiasticorū. in istis debet ardere lucerna diligentie. curando de aīa bus vt saluentur bonis doctrinis exemplis et sacramētis. Tertius est religiosorum. in istis debet ardere lucerna obedientie nō solū in votis essentialibus seruādi. sed etiā in ceremonijs et alijs ordinationibus bonis. Quartus est simplicium clericorum sine cura animarū. in istis debet ardere lucerna sanctimonie viuendo honeste et caste considerando officium quod habent in ore consecrandi. in manibus corpus christi tractandi. in corpore cōmunicandi. Quintus est coniugatorum. in istis debet ardere lucerna amoris et beniuolentie mutuo se diligentes et proles nutriendes s̄m dei voluntatem. Sextus est continentium viduorum et viduarum. in istis debet ardere lucerna penitentie. quia tales sine p̄iudicio p̄tis possunt opa facere penitentialia. sec⁹ de coniugatis. Septimus est virginū in quo debet ardere lucerna abstinētie ciborū et deliciarum corporalium. quia sic conseruat̄ virginitas In his septem statibus stat̄ tota christianitas q̄ sunt septem candelabra luceant in conspectu di Apocal. j. Et in medio septem candelabrorū aureorū simile filio hominis. scz christum qui est in medio istorum septem statuum. Ratio quia dicit̄ philosophus q̄ medium p̄cipat naturam extrinsecorū vt patet. Si essetis in medio int̄ ignē et niuem rē. Sic christus fuit in medio quia participauit cum septem predictis statibus. Cū dominis temporalibus qui habent prouidere multis personis. sic et christus rex regum et dominus dominantium. Apocal. xix. prouidit in deserto vltra quinqs milibus p̄sonis. Item cum prelati ecclesiasticis quādo in die generis sancta in pontificalibus dixit missam cum indumētis rubeis. Mitra eius fuit corona spinea. Anuli clauī. sandalia pedum clauī. Diaconus fuit latro dexter. subdiaconus latro sinister. Accoliti virgo Maria et Iohānes euangelista. Ad heb. xix. Christus existens pontifex futurorū bonorū rē. vbi septem vicibus cantauit. Tertio p̄cipauit cum religiosis. quia nunq̄ voluit habere aliquod p̄rium. Matth. viij. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quarto cū clericis simplicibus dicēdo missam submitte in die iouis scā in cenaculo. Dauid. Tu es sacerdos in eternum s̄m ordinē melchisedech. ps. cix. et ad heb. viij. Contestor em̄. inquit aplūs. qm̄ tu es sacerdos in eternū s̄m ordi. mel. Quinto cum cōiugatis quia eius sponsa est ecclesia Job. iij. Qui habet sponsam sponsus est. Ideo Dauid. Ipse tanq̄ sponsus p̄cedens de thalamo suo. Sexto cum viduis seu continentibus. s. in triduo passionis quādo p̄didit sponsam. id est. ecclesiam vel societatem apostolicā p̄ incredulitatem christianorū Septimo cum virginibus. quia fuit sanctus in-

nocens impollutus segregatus a peccatoribus. ad heb. vij. Ecce quō p̄cipauit cum om̄ib⁹ in-
nuendo q̄ venerat ad saluandū om̄es. Unus ē
mediator dei ⁊ hominū. homo christus iesus q̄
dedit redemptionē semetipsum p̄ om̄ib⁹. j. ad
Timoth. ij. **P**ota vestitū podere. id est. cami-
sia que est vestis ampla alba longa ⁊ lata ⁊ signi-
ficat humanitatē longam ⁊ latā a capite vsq; ad
pedes. Et Ezech. concordat cū Johāne di. Vir
quoq; vn⁹. s. iesus christus in medio eorum ve-
stitus erat lineis. Ezech. ix. Ecce quō in primo
suo aduentu fuit mollibus vestitus Zona aurea
scz charitate p̄cinctus. quia quicquid fecit erga
nos totū fecit amore ⁊ dilectione. Sed si volu-
mus loqui de sc̄do aduentu ei⁹. s. qñ veniet p̄ re-
tributionē iudicialē ⁊c. nō veniet mollibus ve-
stitus. sed duris ⁊ ferreis induet. **A**utoritas Ac-
cipiet armaturā zelus illi⁹ ad vltionē inimicorū.
Induet p̄ torace iusticiā ⁊ accipiet p̄ galea iudi-
cium certū. Sumet scutū inexpugnabile equita-
tem. acuet aut̄ diram irā in lanceā ⁊ pugnabit cū
illo orbis terrarū contra insensatos ⁊c. Sapient.
v. **P**ota p̄ torace. scz toracem de iusticia rigo-
rosa. Quia tunc quicumq; peccator peteret veni-
am ⁊ misericordiam flendo nō obtinebit nisi rigorem
iusticie. quia induit iusticia vt lorica ⁊ galea sa-
lutis in capite eius. Esa. lix. Sequit̄ Sapient. v.
Accipiet p̄ galea iudiciū certū. **N**odo nō vide-
tur habere iudiciū cū tot peccata fiant in muodo
tam publice q̄ secrete que nō puniunt̄. **S**z tunc
in iudicio de om̄ibus peccatis faciet iudiciū re-
ctū dicendo cuiuslibet peccatori tu fecisti hoc **D**
dñe ⁊ vos vidisti ⁊c. Sed modo videt̄ surd⁹ nō
audiendo blasphemias ⁊c. Et cecus nō vidēdo
peccata que sūt. sed tūc faciet iudiciū ⁊ iusticiā
in terra. **I**ere. xxij. Tunc sumet scutū inexpu-
gnabile equitatem. **I**lla equitas que dicit̄ scutū
ira erit tunc inexpugnabil. qz si x̄go maria ⁊ om-
nes sancti patriarche ⁊ pphete tunc orarēt pro
vno peccatore nihil obtinerēt. secus modo quia
minor sanct⁹ paradisi obtineret. Et zelus ⁊ furor
viri. id est. x̄pi nō parceret in die vindicte. s. iudicij.
nec acquiesceret cuiusq; p̄cibus nec suscipiet p̄ re-
demptione dona plurima. **P**rouerb. vj. Qm̄ si
tunc om̄es pphete patriarche ⁊c. offerrent x̄po
om̄es misericordias quas fecerūt p̄ aliquo auaro ni-
hil obtinerent. **N**ec pphete si offerret om̄es de-
uotiones eorū p̄ aliquo in deuoto. **N**ec apli oēs
charitates p̄ aliquo inuido. **N**ec martyres eorū
patientia p̄ aliquo iracundo. **N**ec p̄fessores suā
penitentia p̄ aliquo impenitēte. **N**ec x̄gines suā
puritatem p̄ aliquo luxurioso nihil obtine-
rent. quia nō suscipiet p̄ redemptione dona plu-
rima. Et in manu accipiet lanceā acutissimā du-
re sentētie ⁊ irreuocabilis. qñ dicit̄ ore suo malis
Discedite a me maledicti ⁊c. **M**at. xxv. **N**odo
do faciamus cōclusionē huc p̄ti. In hebdoma

da p̄terita vidistis christū vestitū aspis ⁊ duris
vestibus. quia euāgeliū illius dñice loquit̄ d̄ iu-
dicio finali ⁊ rigoroso. sed in dñica currēte. **E**x-
istis videre christū mollibus vestitū. quia euāgeli-
um loquit̄ de ei⁹ p̄mo aduentu. p̄pter h̄ dicit̄ euā-
gelij thema. **E**xistis videre hoīem mollibus ve-
stitum. **Q**rtum ad secundū thema est declarā-
dum tropologice seu moralit̄. ⁊ hoc fit quādo fa-
cta vel dicta exponunt̄ de his que tenemur face-
re. **C**ū ergo dicit̄. **E**xistis videre ⁊c. loquit̄ san-
ctis angelis vestris custodib⁹ in rephensione p̄-
sonarum. vanarū pomposarū. d. angelis. **E**xistis
videre hoīem mollibus vestitus que ego in p̄nci-
pio indui tunicis pelliceis p̄ necessitate. **G**en. iij.
tam modo induit mollibus ⁊ p̄ciosis p̄ vanita-
te vel ad vanitatē hoc ē multū rephensibile tri-
plici ratione.

Prima p̄ fatuitatem.

Secūda p̄ supfluitatem.

Tertia p̄ iniquitatem.

Qrtū ad primū rephensibilis est hō cū mollibus ⁊
p̄ciosis vestibus ex fatuitate qm̄ fatuitas ē glori-
ari de pulchro signo p̄ditionis seu latrocinij. vn̄
si latro qui ducit̄ ad furcam ⁊ nō contentaret̄ de
vinculo de canapo. sed vellet h̄re vinculū de se-
rico ⁊ de auro. de quo se appreciaret talis fatuus
reputaret̄. **T**alis stulticia est inter nos quare ve-
stis ē inuenta nōne ex p̄ditione ⁊ furto ade q̄ cō-
tra voluntatē dei furatus ē pomū de orto para-
disi. **I**do om̄es sum⁹ filij furis ade. Et in signū
hui⁹ portamus vestes. **Q**m̄ ante nudi incedebāt
⁊ sine verecundia sicut pueri parui. **A**utoritas.
Erat vterq; nudus adam. s. ⁊ ei⁹ vxor ⁊ nō eru-
bescebant **G**en. ij. s. cōmissio peccato sentētia fuit
data. **I**n quocunq; die comederis ex eo morte
moriēris. **G**en. ij. Et fuit executā. qz cinis es ⁊ i
cinerē reuerteris. Et in penā fuerunt date homi-
ni vestes q̄si vinculū latroni in signū furti de qui-
bus nos appreciamur faciēdo vanitates ⁊ fatui-
tates. **C**ōtra hoc dicit̄ scriptura sacra. **I**n vesti-
mentis ne gloriēris vnq; nec in die honoris tui.
scz nuptiarū extollaris. **E**cci. xj. **I**do rephendē-
do istā fatuitatē dicit̄ christus sanctis angel. **E**x-
istis videre hominē ⁊c. **Q**rtū ad sc̄dm rephē-
sibilis ē hō ex supfluitate. qm̄ iā necessitas pau-
latim reducta est in magnā supfluitatē. qm̄ p̄mū
indumentū hoīs fuit vnū pellicū. **G**en. ij. **F**ecit
deus ade ⁊ vxori sue tunicas pelliceas ⁊ induit
eos. Et pellis ibat versus carnē ⁊ lana ad extra
ad innuendū q̄ hō ex peccatis effect⁹ est filius be-
stis **D**avid. **H**ō cū in honore esset nō intellexit
compat⁹ ē iumētis insipitib⁹ ⁊ filis fact⁹ ē illis.
Et durauit diu q̄ hoīes sic induebant̄. Et in die
me p̄uertebāt lanā ad carnē. **D**einde inceperunt
pingere pelles. postmodū cogitauerūt facere tu-
nicas de lino ad carnē. ⁊ sic cū vna veste de lino
ad carnē ⁊ desup pelliceo trāsierūt p̄ magna tpa

Dominica tertia Aduentus

Deinde dixerunt: quare nō facimus vestes de lana siue corio rondendo lanaz et ipam lauando et philando. Et fecerūt pannū de lana alba vel nigra quia nōdū erant tinctorēs. Deinde dixerūt quare nō dam⁹ colores. Tūc inceperūt tinctorēs Deinde sartores. et psonē paupes statim voluerunt facere sicut diuites. Propt̄ qd̄ diuites fecerunt sibi vestes de serico. s. tpe regis Saulis. Sed idem voluerūt facere paupes. Propt̄ qd̄ diuites fecerunt sibi vestes de panno aureo etc. Deinde fecerunt subducturas et idē paupes. s. modo nō possunt inuenire differētiā in materia. ideo faciunt differētiā in forma. s. longas manicas etc. Non opus ē follo suspendere cymbala collo. Idem in foderaturis. **D**ixerūt mulieres et nos nihil faciem⁹. **N**ota hic cōtra supfluitatem manicarū et caudarū int̄ q̄ sartores iāz nesciunt quid faciāt. **E**t qd̄ dicetis deo de illis excessibus et supfluitatibus. vultis cognoscere qd̄ peccatū est. sicut cibus et potus sunt data p̄ tyrīaca p̄pter necessitatē cōtra quattuor qualitates contrarias in nobis. sed gulosi faciunt de cibo et potu venenū quo moriunt̄ citi⁹ ex superfluitate. Idem de vestib⁹ inuētis p̄ necessitate p̄ quibus supbi vani et pomposi habent facere rapinā. vsuras. furta etc. **I**do apls. habētes alimēta et q̄bus tegamur his contēti sumus. s. **T**imoth. vi. **N**ota alimenta nō dicit delectamēta. Et q̄bus tegamur nō dicit quib⁹ ornemur. his contenti sum⁹. **I**deo dicit x̄pus sanctis angelis. **E**xistis videre hominē etc. **Q**uātū ad tertiu⁹ rep̄hensibilis est homo ex iniquitate. tot sunt em̄ excessus supfluitates et varietates et tot vanitates mulierum q̄ viri ad supplendū eis habēt facere vsuras. rapinas. falsas sentētiās. calūnias. furta. et h̄mōi. **I**deo dicit **A**mos. viij. **A**udite h̄ q̄ cōterit pauperem et deficere facitis egenos terre. di. **Q**uando trāsibit messis et venūdabimus merces et substantiā et apiemus frumēta et iminuam⁹ mēsurā. etc. **I**urauit dñs si oblitus fuero om̄ia opa eorū etc. **E**cce qd̄ fuit ostēsum beato iohi de quadā ciuitate vana et pomposa que ex illis vanitatibus debuit destrui. de q̄ dicit **I**oh. **D**e ve ciuitas illa magna que amicta erat bysso purpura et cocco et deaurata est auro et lapide p̄cioso et margaritis qm̄ vna hora destitute sunt tante diuine. **A**poc. xvij. **N**ota primū ve q̄tū ad damnationem ase et scdm̄ ve q̄tum ad damnationē corpis **E**cce qui mollib⁹ vestiunt̄ in domib⁹ regū sunt. id ē. in habitationib⁹ demonū s̄m̄ **H**ylariū. **E**cce quare dicit x̄pus. **E**xistis videre etc. **Q**uātū ad tertiu⁹ anagoice ab ana quod est sursum et go-ge ductio quasi sursum ductio. qm̄ dictū vel sc̄m̄ exponit̄ de his que debemus sperare. **C**ū ḡ dic̄ thema. **E**xistis videre. loquit̄ christus aiab⁹ sanctis de h̄ mūdo egrediētib⁹ di. eis. **E**xistis videre hoīem. i. x̄pm̄ mollib⁹ vestitū. **I**mpenitētib⁹ est

asperis et durissimis indumentis vestit⁹. s. rigoris et iusticie. **S**ed animab⁹ penitētib⁹ sc̄is et iustis ē mollis et dulcis q̄b⁹ dicit. **E**xistis videre etc. **G**loria libani data ē ei decor carmeli et zaron. **E**saie xxxv. **N**ota tres cōditiones psonarū que habēt gloriā paradisi et nō plures. **P**rima est innocētum quib⁹ dat̄ gloria libani. s. candoris baptis/malis. **S**ecunda est obedientiū quib⁹ dat̄ decor carmeli. s. delicat⁹ vel mollis quia obediētes habent cōscientiā delicatam vel mollē ad obediendum cito p̄ceptis dñi. **T**ertia ē penitentiū quib⁹ dat̄ gloria in zaron. i. p̄ncipat⁹ meroris. qz penitentes plorat̄ peccata sua. **D**e his dicit **E**sa. xxxij. **R**egē in decore suo videbūt. **E**cce q̄re dic̄ thema. **E**xistis videre hoīem.

Item de eodem. **S**ermo sextus.

Existis videre p̄phetam et plusq̄ p̄phetā. **M**atth. xj **I**ps̄s sermo fundabit̄ in intellectu allegorico p̄pter hoc declarare oportet differētiā inter p̄phetā et plusq̄ p̄phetā. **P**ropheta est ille qui ex diuina reuelatione seu sp̄sua li illuminatione reuelat futura vel p̄terita occulta et secreta. hoc etiam dicit̄ vulgariter. sicut patet de muliere samaritana cui dixit x̄pus om̄ia q̄ fecerat que dixit christo. dñe vt video p̄pheta es tu. **I**oh. iij. **S**ed plusq̄ p̄pheta est ille q̄ futurum secretū qd̄ reuelat ore ostēdit ad oculū ope **S**icut iohes baptista qui fuit p̄pheta qm̄ dixit post me veniet cui⁹ non sum dignus calciamēta portare. **M**at. iij. **S**ed plusq̄ p̄pheta qm̄ ip̄suz ostēdit digito dicēs. **E**cce agn⁹ dei ecce q̄ tollit. **I**oh. j. etc. **G**lo. **I**ohes p̄pheta et plusq̄ p̄pheta ē. quia quod ore dixerat digito ostēdebat. **A**d p̄positū inuenio q̄ inter om̄es psonas mundi que maiora secreta fidei catholice dixit et reuelauit. fuit iesus x̄pus dñs noster. et sicut ore dixit et reuelauit in hoc mundo. ita ope clare ostēdit in alio. ideo bene pōt̄ dici p̄pheta et plusq̄ p̄pheta. **I**do vobis qui existis de domib⁹ vestris ad vidēdū christū in missa sacramentaliter et in p̄dicatiōe mōmentaliter. dico ego. **E**xistis videre p̄phetam et plusq̄ p̄phetā. **S**ecreta aut̄ fidei que hic p̄pheta dñs iesus x̄ps nob̄ dixit et reuelauit ore p̄prio in hoc mūdo sunt multa. sed solū loquar de trib⁹ modis. s. **S**aluatione celestiali. **D**e damnatione infernali. **D**e afflictione purgatoriali. **Q**uātum ad primū secretū qd̄ x̄pus nob̄ reuelauit ē d̄ saluatione celestiali. qz nunq̄ nec moyses. nec aliq̄s p̄pheta manifestauit nec reuelauit q̄ bonis opibus possit haberi gloria celestis imo dicit **D**auid p̄pha. **C**elū celi dño trā aut̄ dedit filijs hoīm. celū celi. i. gloria. s. venit x̄ps p̄pha q̄ nob̄ reuelauit et p̄misit nō bona t̄palia. vt moyses. imo dicit vt d̄spiciam⁹. s. p̄misit saluationē celestē di. **Q**ui fecerit volūtate p̄ris mei q̄ i celis ē ip̄e intrabit in